

ILLUSTRISSIMA PRINCEPS
AC DOMINA,

Dn. SIBYLLA LI-
SABETHA,

Ducissa in VVirttenberg & in Teck, Comes
montis Pellicardi, Domina in Heydenheim, &c.
pia memoriae,

ILLUSTRISSIMO ITEM SERENISSIMOq;
PRINCIPI AC DOMINO,

Dn. IOANNI GEORGIO,

Duci Saxonie, Landgravio Thuringie, & Marchio-
ni Misnie, &c. marito suo intimo, hanc sequentem vale-
dictionem τῆς εὐκαρίας ἐνεκα jam mo-
riens reliquit.

A U T O R

M. OTTOMARUS STABIUS
Palatinus, Poëta Laureatus, Iuriumq; Studio-
sus & Practicus, &c.

LIPSIÆ Mense Februario.

A N N O

M. DC. VI.

✠



Lipsiæ ex officina Typogr. Abrahami Lambergi.

LEONARDO DA VINCI
D. SIBYLIA L.

2. W. B. H. M. A.
D. SIBYLIA L.

LEONARDO DA VINCI
D. SIBYLIA L.

D. SIBYLIA L.

LEONARDO DA VINCI
D. SIBYLIA L.

D. SIBYLIA L.

LEONARDO DA VINCI
D. SIBYLIA L.

D. SIBYLIA L.



Cor, ô animæ meæ voluptas,
O Dux, ô patriæ JOAN GEORGI
Lumen, posteritatis atq; limes,
O & præsidium meum decusq;
Cur me deseris? At tuam Sibyllam
O flos, ô capitis mei corona,
O pars, ô penetrabile cordis imum,
Fam nunc posse sequi negat Deorum,
Consensus, negat & trium Sororum,
Filum quæ retrahunt tibi secandum:
Vita sed faveo tuæ, marite
O Dilecte, tuo precor coloq;
Pensum perpetuum, Dies salubres,
Fortunasq; simul polo perennes,
Et pacem stabili loco manentem.
Ergò pectoris una cura nostri,
Noli flere meam subindè mortem:
Et nec te lachrymæ virum juvabunt,
Ut nec tela necis, dolor cavere,
Nec differre potest, precesq; nullæ,

A 3

Augent

Augent at gemitus necem, cienteq;
Alto sæpius è sinu petiti,
Immò desine tristis esse, Duras
Et culpæ Deas necessitatis,
Lamentisq; tuam gravare vitam.

Quæ mutare negat DEI voluntas,
Forti pectore sunt ferenda cuiq;
Miles tædia qui suæ paratus
Vitæ ferre potest, dies in omnes,
Palnam victor habebit, efferosq;
Fortunæ superabit is furores:
Sortem sic quoque jam tuæ Synæchma,
Hanc dilectæ meam feras GEORGI.
Summo sic placuisse rem tonanti,
Cujus dexteritate cuncta fiunt,
Censens: Quid moritura jam faceffam?
Vix primordia sentiens amoris
Nostri, sidereas adire, Sponsa
Tædas avocor, in toro perenni
CHRISTO sacrificare consecrata

Sponso

Sponso perpetua fide jugato.
Nondum bis duo lustra jam peregi
Ætatis, tumulanda dum vocata,
Fam matura mori, solo recondor,
Quæ mortalis eram, cinis futura:
Cælo nobiliora, castitatem,
Æternamq; animam, fidemq; reddens,
Humanæ miseranda costa vitæ,
Muto pro fragili perenne sede
Regnum, quod gemitus, dolorq; nullus,
Et quod nec labor improbus molestat,
In quo gaudia sempiterna florent,
In quo ver revirescit, Et coronæ
Semper floribus obvix paratæ
Pro castis, viridiq; sunt Smaragdo,
In quo pura fides tori jugalis,
Phœbejum veluti jubar relucet,
Conservata piæ vigetq; Sponsæ.
Ergò diffugiant procut dolores,
Abs te: Causa doloris omnis vrgens,

A 3

Et

Et quæ tristitiam movere possunt,
Nudos ad Getulos, abite jussa
Longo præcipitanter hinc recessu.
Hunc mundum vetitis malis refertum,
Commutare polo, necemq; vita,
Quid præstantius orbis hic haberet?
Quis terrestria non daret libenter,
Pro cælestibus? aut quis esse liber
Captus non cuperet miser catenis?
Aut quis pauperiem neget viator,
Fulvi vendere mercibus metalli?
Quis non in patria perennis urbe
Mallet vivere, quàm misellus exul?
Semper vivere posse quis negaret?
Vita pro stabili necem quis optet?
Cælo sic ego jam novata vivo,
Mundo mortua, quæ prius tremebam,
Ceu vermis pedibus tremis terendus,
Quæ mundana fuere regna sperno,
Et quæ cæca fui, mei **JEHOVÆ**,
Majest-

987,13

Majestatis opes, opima cerno,
Curis undè levata, nube teclis,
Ad te non reditura, jam quiesco.
At tu chare marite IAN GEORGI
Vivas intereà dies salubres,
Opto, sisq̄ tuæ memor Sibyllæ,
Ad me dum venias, polo renatus,
Olim tu quoque, cum DEO placebit,
Mortales oculos jubente claudas,
Tum visure diem simul perennem,
Sed jam sit satis. Ab vale Synæchme,
Extremum tibi jam VALE relinquo.

LAUS DEO.



Alas! pau opor, opora curae,
Curae tunc tunc, ne de rege,
Ad te nos redire, iam quiesce.
At in eadem parte, an p. 1021
Vixi inter, diei salubris,
Opto, sed te tunc Zephyrus,
Ad meam vitam, solo renouat,
Olim in fignis, cum p. 1021
Mortales omnes, iam scilicet,
Tunc vixit, diei, iam p. 1021
Sed iam te iam, eadem parte,
Extremum tibi, iam, de rege.

LAUS DEO.



H. Pax. C. 987, 3.